valeo: multum valet communio sanguinis, Sex. Rosc. 63. quod apud vos plurimum debet valere; div. Caes. 11. semper haec causa plurimum valuit; ib. 63. cum auctoritas et dignitas Pisonis valebat plurimum; ib. 64. haud scio an ... plus iudicium voluntatis valere quam sortis debeat; Verr. I, 41. valuit apud te plus is; ib. II. 178. qui plus existimet apud lectissimos senatores pecuniam quam apud tris negotiatores metum valere; ib. III, 138. haec una causa in opinione Siculorum plurimum valet; ib. IV, 114. ubi intellexi, multum apud illum recentis nuntios, multum tabellas non commendaticias, sed tributarias valuisse; ib. 148. fatebitur apud istum neque senectutem patris neque adulescentiam filii ... plus valuisse quam utilitatem ... provinciae; ib. V, 22. clamabat ... plus impudicissimae mulieris apud te de Cleomenis salute quam de sua vita lacrimas matris valere; ib. 112. plus .. *valet* Claudii *causa*; Tull. 30. tamenne plus Gallorum consensio valebit quam summae auctoritatis hominum? Font. 16. id quod in teste profecto valere plurimum debet; ib. 27. ut plus apud vos preces virginis Vestalis quam minae Gallorum valuisse videantur; ib. 49. iuris rem et sententiam ... plurimum valere oportere; Caecin. 77. semper .. id valuisse plurimum; ib. 80. quoniam auctoritas .. in bellis administrandis multum ... valet; imp. Pomp. 43. si plus apud populum Romanum auctoritas tua quam ipsius populi Romani salus ... valuisset; ib. 53. si ... manus ista plus valuerit quam vestra ... dignitas; Catil. IV, 20. ceterae .. virtutes ipsae per se multum valent; Muren. 30. multum haec vox fortasse valere deberet; Sulla 14. valeat .. ad poenam ... plurimum; ib. 79. nisi nostri mores ac disciplina plus valeret quam dolor; Flacc. 11. valebant in senatu multum, apud bonos viros plurimum; Sest. 105. nemini umquam concessit aequalium, plus ut in foro, plus ut in negotiis versaretur, ... plus ut valeret inter suos gratia; Cael. 74. longe plurimum valuit Plancius; Planc. 49. quae .. suspicio valuit etiam plus ob hanc causam; Scaur. 11. apud homines barbaros opinio plus valet saepe quam res ipsa; ib. 36. quae (natura) plurimum valet; Rab. Rost. 4. plus multo valebat periculorum impendentium timor; Milo 34. quae (res) semper valet plurimum; ib. 53. video .. apud te causas ... valere plus quam preces; Ligar. 31. qua (memoria) vales plurimum; Deiot. 42. quo (consilio) vales plurimum; Phil. VII, 27. multum .. valuisse ad patris honorem pietas filii videbitur; ib. IX, 12. auctoritate valemus plurimum; ib. XII, 13. neque ... passus est plus unius conlegae sui quam universae civitatis vocem valere; Fr. B VI, 14. ſ. A. loca; imp. Pomp. 51.

versor: in hac (causa) multum ac saepe versatus; Quinct. 2. quod in publicanorum causis vel plurimum aetatis meae versor; Verr. II, 186. si cui forte videor plus quam ceteri ... versari in studio litterarum; har. resp. 18. ſ. valeo; Cael. 74.

video: nimium (esset) videre plus quam semel; Verr. IV, 125.

vigilo: ſ. exeubo. laboro.

utor: qua (Caecilia) pater usus erat plurimum; Sex. Rosc. 27. quod eo sum usus plurimum; Verr. I, 139. multum illorum opera consilioque usus est; ib. IV, 30. quia huius parente semper plurimum essem usus; Planc. 25.

II. **pluris**: addico: addicitur medimnum VIII

c, dimidio fere pluris quam superiore anno; Verr. III, 77.

aestimo: cum pluris senatus aestimasset quam quanti esset annona; Verr. III, 195. iacentem domum pluris quam te ... aestimasti; Scaur. 45.

emo: qui multo pluris voluerit emere; Verr. III, 151. qui ... pluris emerint; ib. IV, 14. P. Fabius nuper emit agrum ... dimidio fere pluris ... quam quanti ... ipse Claudius emerat; Tull. 14.

facio: quos (liberos) plurimi faciunt; Sex. Rosc. 47.

habeo: pluris habetur quam L. Trebellius, pluris quam T. Plancus; Phil. VI, 10.

sum: qui (ager) nunc multo pluris est quam tunc fuit; Qu. Rosc. 33. quod certe multo pluris esset; Flacc. 91. quis Karthaginiensium pluris fuit Annibale consilio? Sest. 142. qui hoc etiam se pluris esse quam conlegam putet; prov. cons. 12. si tibi ... magnitudo animi pluris fuit; Planc. 50.

vendo: si pluris vendidisses tu dimidias quam ceteri decumas; Verr. III, 40. te pluris quod non licebat quam ceteros quod oportebat vendidisse; ib. si pluris vendideris quam L. Hortensius; ib. 42. cum dices te pluris quam ceteros decumas vendidisse; ib. 48. quo pluris venderes; ib. 51. cum audit pluris decumas vendidisse C. Verrem; ib. 119. ostendi, vendidisse alios magno decumas ... et pluris etiam quam te vendidisse; ib. 147. si doceo pluris aliquanto potuisse vendere; ib. 148. neminem in Sicilia pluris frumentum vendidisse; ib. 173.

veneo: multo .. pluris fructus annui Siciliae venire potuerunt; Verr. III, 117.

III. **multo: 1. abl. pretii:** vendo: quem ad modum quam plurimo venderet; Verr. III, 43. UT QUAM PLURIMO DECUMAS VENDEREM: Verr. III, 124.

veneo: ut decumae quam plurimo venire possint; Verr. III, 147.

2. abl. compar.: acerbior: hoc .. multo acerbius multoque est durius; Ligar. 13.

acrior: qui apud alium iudicem multo acrior, quam ego sum, actor accusatorque esse deberes; Verr. IV, 70. existiment in his hominibus ... multo graviorem atque acriorem (me futurum); ib. V, 183. intelleges multo me vigilare acrius ad salutem quam te ad perniciem rei publicae; Catil. I. 8. multo acriorem improborum .. memoriam esse sentio quam bonorum; Flacc. 103. cum ... intentus *est* arcus ... in universam rem publicam, traductione ad plebem furibundi hominis, ... multo acrius otii ... inimici; Sest. 15.

aequior: id ad probandum non multo videri debet aequius? div. Caec. 65.

amplissimus: quamquam mihi semper frequens conspectus vester multo iucundissimus, hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus; imp. Pomp. 1.

ante: cui (defensioni) quem ad modum resistam multo mihi ante est .. providendum; Verr. V, 1. cum me ... veteres multo ante suscepti ... labores cum viro fortissimo ... coniunxissent; dom. 29. multo ante quam est lata lex de me; ib. 85. nihil feci ... non ... multo ante meditatum; har. resp. 3. multo ante prospexi, ib. 4. re .. multo ante Gadibus inaudita; Balb. 41. vexatus a Q. Vario ... est non multo ante; Scaur. c. 1. §. 3. quae multo ante provideram; Phil. II, 24.

antiquissimus: ex aere fuit quoddam (simulacrum) ... omnium illorum, quae sunt in eo fano, multo antiquissimum; Verr. IV, 100.

appositior: ut multo appositior ad ferenda quam ad auferenda signa esse videatur; Verr. IV, 126.

carior: quae (patria) mihi vita mea multo est carior; Catil. I, 27. qui est ei vita sua multo carior; Sulla 88.

certior: multo certiora illa (sunt argumenta); Catil. III, 13.

citius: multo citius meam salutem pro te abiecero; Planc. 79.

copiosius: invectus est copiosius multo in istum et paratius Dolabella quam nunc ego; Phil. II, 79.

crudelior: ne ... multo crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur; Sex. Rosc. 132. cuius inimicissimum multo crudelius etiam poenitus es, quam erat humanitatis meae postulare; Milo 33.

diligentius: multo diligentius habere dico Servilium praedam populi Romani quam te tua furta notata; Verr. I, 57.

durior: dura vox! multo illa durior; Phil. VIII, 16. ſ. acerbior.

erectior: nunc .. multo sum erectior; Phil. IV, 2.

facilius: vetus est de scurra multo facilius divitem quam patrem familias fieri posse; Quinct. 55. illi multo mihi hoc facilius remisissent; div. Caec. 4. principiis .. cognitis multo facilius extrema intellegetis; Cluent. 11. potest multo facilius se Deiotarus consolari; Deiot. 36.

gratior: multo erit gratius; Verr. III, 10.

gravior: id quod multo gravius est; Sex. Rosc. 115. concedes multo hoc et esse gravius et ab omnibus ferri gravius oportere; div. Caec. 54. multo gravius vehementiusque adflictantur; Catil. I, 31. egit ... multo gravioribus verbis meam causam; Sest. 120. multo postea gravius urguebamur armis domesticis; Phil. VII, 14. ſ. acrior; Verr. V, 183.

importunior: Cyclops alter, multo importunior; Verr. V, 146.

impudentior: multo etiam impudentius in decumis Acestensium versatus es; Verr. III, 83. vide ne multo nunc sis impudentior; Caecin. 62. si est haec (lex) multo impudentior; leg. agr. III, 5.

inanior: dignitas ... gratiae .. multo etiam inanior ||etiam maiores, etiam minores, etiam minus|| est; Muren. 28.

indignior: multo esse indignius in ea civitate ... discedi ab legibus; Cluent. 146.

iniquior: multo iniquiora Naevius impetrabat; Quinct. 70. ſ. turpior; Verr. II, 42.

invidiosior: putabant absentis damnationem ... multo invidiosiorem fore quam si praesens damnatus esset; Verr. II, 42.

iratior: cum multo nobis omnibus veniret iratior; Phil. III, 4.

iucundissimus: ſ. amplissimus.

lenior: obtinebo eam (sententiam) multo leniorem fuisse; Catil. IV, 11.

levior: quod illi iudices multo in leviore causa statuerunt; Verr. II, 109.

longius: num in eis regionibus (erat), quo se Catilina inferebat? multo etiam longius; Sulla 33.

magis: animo coepi multo magis vacuo ac soluto nihil aliud nisi de iudicio agere; Verr. a. pr. 26. multo magis est petendum ab hominibus; ib. II, 29. multo .. magis suae famae pepercisset; ib. 49. quod eum multo magis ... liniamenta hospitae delectabant; ib. 89. hic tibi etiam multo magis, quam paulo ante in aratoribus, videndum ... est quid velis; ib. 155. multo etiam illud magis (intellegi volo); ib. 165. obsolevit iam ista oratio, re multo magis quam verbis refutata; imp. Pomp. 52. quos multo magis quam Rullum timetis; leg. agr. I, 22. quorum ope ... multo magis haec res publica quam ratione hominum ... gubernatur;

Rabir. 5. id quod multo magis est admirandum; Catil. I, 7. multo .. magis illud timeo; ib. II, 15. multo magis est verendum; ib. IV, 13. ut multo magis eius auctoritatem quam criminationem pertimescam; Muren. 58. cum ego non ex istorum insidiis ... non solum meo, sed multo etiam magis divino consilio eripiar; ib. 82. est hoc novum; multo illud magis; Piso 38. multo illud magis (mihi molestum est); Planc. 5. haud scio an multo sit etiam adiuvandus magis; Milo 92. multo magis (ea) commemorabuntur in regibus; Deiot. 40. multo magis patris tui prudentiam desidero; Ligar 10. 68. multo magis nos ... sprevit et pro nihilo putavit; Phil. XIII, 21.

maior: nemo dubitat quin multo maius sit novam (columnam) facere; Verr. I, 147. ait accusatores eius multo maiorem pecuniam praetori polliceri quam quantum hic dedisset; ib. II, 70. ne multo vestrae maiores ... partes sint; Font. 21. multo maior ea (vis est); Caecin. 42. hoc ... beneficium .. cum ad animi mei fructum ... duco esse permagnum, tum ad curam sollicitudinemque multo maius; leg. agr. II, 5. omnia ... constituta sunt ... multo etiam maiore populi Romani ... voluntate; Catil. IV, 14. quae res municipibus multo maiori dolori fuit; dom. 81. quae cum omnia atque etiam multo alia maiora ... accidissent; Sest. 52. discesserat ex Asia frater meus magno squalore, sed multo etiam maiore maerore; ib. 68. aliam multo maiorem (poenam) ... subierunt; prov. cons. 14. *ni multo maiores sumptus, multo maiores effusiones pro censu tuo in columnis fecisses;* Scaur. 45. nostris exercitibus quid pollicemur? multo meliora atque maiora; Phil. VIII, 10.

malo: ut multo maluerint de suo more decedere; Verr. II, 155. mihi videntur plerique initio multo hoc maluisse; Muren. 29. consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum effigiem nonne multo malle debemus? Arch. 30.

maturius: cum multo maturius quam umquam antea surrexisset; Verr. II, 41. 69.

maximus: multo ex maxima parte istius furtorum ... invidia conflagravit; Verr. I, 41. qui agri Aetnensis multo maximam partem possident; ib. III, 108. ut Centuripinis, in civitate totius Siciliae multo maxima, ... omne argentum conquireret; ib. IV, 50. de Heraclii hereditate ... multo maximam partem ipsum abstulisse; ib. 139. ille populus Romanus ... magna ac multo maxima parte ... imperii caruit; imp. Pomp. 54. multo .. maxima pars eorum (amantissima est otii); Catil. IV, 17. quamquam vestrae domus ... multo maxima ex parte sunt liberae religione; har. resp. 11.

melior: multo melius haec causa ageretur a tribus; Phil. VIII, 22. ſ. maior; Phil. VIII, 10.

minor: multo minoris vendidit ... quam tu; Verr. III, 43. si doceo ... Apronio multo minoris, quam aliis potueris vendere, tradidisse; ib. 148. multo .. minus quaeri A. Caecinae fundus sit necne; Caecin. 104. non amat profusas epulas, sordis et inhumanitatem multo minus; Muren. 76. quod multo etiam minus esset ferendum; Planc. 8. num igitur remansio? multo minus; Ligar. 4. in nostra illa (castra) ille numquam veniet; multo minus nos in illius; Phil. XII, 28.

miserior: o multo miserior Dolabella quam ille, quem tu miserrimum esse voluisti! Phil. XI, 8. alia sunt ... multo miseriora; ib. 9.

molestissimus: illa ingenii adrogantia ... multo molestissima est; div. Caec. 36.

neglegentius: quod ... multo salutas neglegentius; Muren. 77.

nequior: sic iste multo sceleratior et nequior quam ille Hadrianus; Verr. I, 70.

notior: quamquam multo notiora nobis quam mihi sunt; Phil. II, 47.

ornatissimus: ſ. amplissimus.

parator: ſ. copiosior.

perniciosior: ut multo isti perniciosius sit dicere; Verr. III, 213.

plus: multo plura dixisse quam dixisset putaretur; Sex. Rosc. 2. aratores ... Apronio multo plus quam debuerint dedisse; Verr. III, 153. ſ. A. canes. nummi. partes. promissa. B, **b,** II, 1. adfero; Muren. 22. aufero; Verr. III, 29. consequor. permitto. **c,** I, 2. obsum; Cluent. 114. II. sum; Flacc. 91. veneo.

post: nec ita multo post in Galliam proficiscitur Quinctius; Quinct. 15. veniam, neque ita multo post, ad hunc locum; Sex. Rosc. 78. NON MULTO POST IN DOMUM ..; Verr. I, 79. neque ita multo post A. Caecinae nupsit; Caecin. 17. qui ... non multo post discessum meum me universi revocavistis; sen. 3. nec ita multo post edictum Bruti adfertur; Phil. I, 8.

praestat: multo mihi, multo ... praestat in eandem illam recidere fortunam quam tantam importare ... calamitatem; Sest. 146.

quaestuosior: hoc .. multo est quaestuosius; leg. agr. II, 67.

robustior: subvenit ... rei publicae .. aetate multo robustior; Phil. V, 43.

sceleratior: ſ. nequior.

secus: neque .. multo secus est parens liberis; Planc. 23. neque nunc multo secus existimo; ib. 42. fit ob viam Clodio ... hora fere undecima aut non multo secus; Milo 29.

superior: ego vero et aetatis non modo meae, sed multo etiam superioris et honoris amplissimi puto esse; div. Caec. 70.

turpior: multo .. rem turpiorem fore et iniquiorem visum iri intellegebant; Verr. II, 42. multo mortis cupiditas mea turpior fuisset; Planc. 90.

vehementius: cum iste ... multo vehementius instaret cotidie; Verr. IV, 76. ei sunt huic multo vehementius pertimescendi; Balb. 58. ſ. gravior; Catil. I, 31.

verbosior: quae (pars) multo est verbosior; dom. 32.

verior: ne mea coniectura multo sit verior; Cluent. 92.

mulus, Maulefel: I. sunt: ubi muli? Verr. V, 83.

II. ornare: ornat ... mulis, tabernaculis; leg. agr. II, 32.

mundus, Welt: cum ipse mundus cumque agri ... contremiscunt et inusitato aliquid sono ... praedicunt; har. resp. 13.

muneror, beſchenken: quibus te rex munerari ‖munerare‖ constituerat; Deiot. 17.

munia, Pflichten: I. sunt: omnia haec sunt ... munia candidatorum; Muren. 73.

II. sustineo: qui ... suis cervicibus tanta munia ... sustiuent; Sest. 138.

municeps, Municipalbürger: I, 1. dicunt: necesse est aliquem dixisse municipem aut vicinum; Sex. Rosc. 105.

defendunt: coloni omnes municipesque vestri ... facile urbis suas ... defendent; Catil. II, 26.

ferunt: graviter id ... cuncti .. municipes tulerunt; Cluent. 43.

sunt: tui municipes sunt illi quidem splendidissimi homines, sed tamen pauci; Planc. 21.

veniunt: municipes Regini complures ad me venerunt; Phil. 8.

2. sum: Sex. Roscius ... municeps Amerinus fuit; Sex. Rosc. 15. clamabat ille .. se civem esse Romanum, municipem Consanum; Verr. V, 161. illum P. Gavium ... civem Romanum et municipem Consanum ... fuisse; ib. 164.

II, 1. facio: quos municipes fecerant; Cluent. 25.

occido: qui municipes suos proscribendos occidendosque curaverit; Cluent. 125.

produco: producam etiam Consanos municipes illius; Verr. V, 164.

proscribo: ſ. occido.

video: vidi ego fortissimum virum, municipem meum; Quir. 19.

2. adiungo: adiungit gravem poenam municipibus; Catil. IV, 8.

praebeo: cum ... Gai .. Marii ... monumentum municipi eius et rei publicae defensori sedem ad salutem praebuisset; Sest. 116.

probo: municipibus esse adulescentem non probatum suis; Cael. 5.

sum: quae res municipibus Anagninis multo maiori dolori fuit; dom. 81.

3. dico de: quid ego de P. Gavio, Consano municipe, dicam? Verr. V, 158.

glorior de: num quando vides Tusculanum aliquem ... de Ti. Coruncanio municipe suo ... gloriari? Planc. 20.

III, 1. alqs: C. et L. Fabricii fratres gemini fuerunt ... homines ... municipum .. suorum dissimillimi; Cluent. 46.

commoda: quod se non suis commodis sed etiam suorum municipum ... natum esse arbitrabatur; Cluent. 43.

fortunae: qui societatem coieris de municipis ... fortunis; Sex. Rosc. 87. non illi vos de unius municipis fortunis arbitrantur (sententias esse laturas); Cluent. 196.

honos: alteros ... numquam intellexi vehementius suorum municipum honore laetari; Planc. 19.

odium: timuit mulier ... non odium municipum; Cluent. 187.

oppidum: lautissimum oppidum nunc municipum honestissimorum, ... Suessam, fortissimorum militum sanguine implevit; Phil. XIII, 18.

splendor: quod .. municipium non contemnit is ... splendore municipum honestissimum; Phil. III, 15.

studium: hominem ... municipum ... studio (superiorem) ... aedilem factum esse miraris? Planc. 30.

voluntas: voluntatem ... municipum omnium tandidem quanti fidem suam fecit; Sex. Rosc. 115.

2. benignitas in: summa est ... in singulos municipes benignitas (hominis); Cluent. 196.

municipalis, aus einer Freiſtadt: alqs: est .. ipse a materno genere municipalis; Sulla 25. sunt municipales rusticique Romani; Sest. 97.

homines: quam ex oppidis municipales homines ... consalutabant; Phil. II, 58.

municipium, Freiſtadt: I. Subject: est: quod tam immune municipium (est)? Verr. V, 58. nullum erat Italiae municipium; Sest. 32. nec ... fuit .. municipium; Piso 51. quia refertum est municipium consularibus; Planc. 19. cum omnia illa municipia ... in fide mea .. essent; ib. 97. ut est frequens municipium; Phil. II, 106.

faciunt: id eum exercitumque eius, municipia ... recte atque ordine ... fecisse et facere; Phil. III, 38.

habent: habent (hoc) nostra municipia; Planc. 20.

incumbunt: eodem incumbunt municipia; Phil. VI, 18.

iudicunt: quid? municipia ... num aliter iudicare censetis? Phil. IV, 7.

squalent: squalent municipia; Milo 20.

videt: quod te municipium vidit? Piso 53.

Ellipſe: quid municipia censetis? Phil. XII, 7.

II. nach Verben: 1. adeo: qui pro salute mea municipia ... adisset; sen. 31. hic municipia coloniasque adiit; dom. 30. cum municipia pro me adiret; Piso 80.

claudo: homines in campum ... municipiis clausis venerunt; dom. 89.

compleo: Calenum municipium complebunt; leg. agr. II, 86.

contemno: quod .. municipium non contemnit is? Phil. III, 15.

imprimo: horum flagitiorum iste vestigiis omnia municipia ... impressit; Phil. II, 58.

moveo: nostra municipia coniunctione etiam vicinitatis vehementer moventur; Planc. 21.

occupo: ut quae velint municipia ... colonis suis occupent; leg. agr. II, 86. ut omnia municipia ... novis colonis occuparetis; ib. 98.

opprimo: oppressis municipiis; Phil. V, 37.

permoveo: municipia vastitatis ... metu esse (permota); sen. 33.

video: cum ex altera parte totum municipium videre possitis; Cluent. 195.

2. pudet: si te municipiorum non pudebat, ne veterani quidem exercitus? Phil. II, 61.

3. adimo: populus Romanus ... municipiis civitatem ademit; dom. 79.

commendo: salutem vobis, municipiis ... commendavit; Quir. 15.

dispertior: municipiis dispertiri iubet; Catil. IV, 7.

displiceo: si ... municipio tam inlustri ... displiceret; Cael. 5.

do: date .. Lanuvio, municipio honestissimo; Muren. 90. quam .. municipiis ... ad excludendum Antonium auctoritatem damus? Phil. VIII, 4.

restituo: restituite incolumem municipio; Cluent. 302.

4. sum: velim mihi dicas ... L. Turselius qua facie fuerit, ... quo municipio; Phil. II, 41.

5. adfero in: quod ... primus in municipium antiquissimum consulatum attulisset; Muren. 86.

adsum ex: isdem .. nunc ex municipiis adsunt equites Romani; Planc. 22.

concurro per: per municipia coloniasque Galliae ... concurristi; Phil. II, 76.

consisto in: cum .. legio Martia Albae constiterit, in municipio fidelissimo; Phil. III, 39.

convenio ex: qui ex municipiis convenerant; Sest. 129.

deduco in: QUAE IN MUNICIPIA ... X VIRI VELINT, DEDUCANT COLONOS; leg. agr. I, 17. permittit X viris, nt in omnia municipia ... colonos deducant; ib. II, 75.

proficiscor ex: quam (generis antiquitatem) [..] ex clarissimo municipio profectam in monumentis rerum gestarum incisam ac notatam videmus; Font. 41.

reperio ex: quibus ex municipiis vix iam qui carnem Latinis petant reperiuntur; Planc. 23.

sum e: M. Fulcinius fuit .. e municipio Tarquiniensi; Caecin. 10. C. et L. Fabricii fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinati; Cluent. 46. quod erat ex eodem municipio; ib. 49. hoc dico .. te esse ex municipio; Sulla 23. addo etiam ex eo municipio (me esse); ib. tu es e municipio antiquissimo Tusculano: Planc. 19. tot ex reliqnis

municipiis omnibus non sunt; ib. qui sumus e municipiis; Phil. IV, 15. C. Ancharius Rufus fuit e municipio Fulginate; Fr. B. II, 3.

venio ex: ut nemo .. ex ullo municipio vadimonii causa venerit; Verr. V, 34. qui ex municipiis veniant; Sulla 23. qui e municipiis venissent; sen. 27.

III. **nach Adjectiven:** primus: fuit ... pecunia non modo sui municipii, verum etiam eius vicinitatis facile primus; Sex. Rosc. 15.

princeps: A. Cluentius Habitus fuit ... homo non solum municipii Larinatis ... sed etiam regionis illius ... nobilitate facile princeps; Cluent. 11.

IV. **nach Substantiven:** 1. animi: nomen ipsum legatorum ... municipiorum ... franget animos; Phil. V, 25.

auctoritas: quae (causa) ... auctoritate municipii ... comprobetur; Arch. 31.

calamitates: (declarant) tot municipiorum maximae calamitates; Phil. V, 43.

commoda: de totius municipii statu, dignitate commodisque omnibus sententias (vos arbitrantur) esse laturos; Cluent. 196.

concursus: municipiorum .. concursus ... omne suum ... studium ... commendatum esse (arbitrabitur); dom. 142.

consensus: tantus .. est consensus municipiorum; Phil. III, 13.

decreta: nulla decreta municipiorum ... exstiterunt; sen. 38. quid ego illa divina ... municipiorum ... decreta commemorem? dom. 75.

dedecus: Romam ..., o ... Placentini municipii ... dedecus, quem ad modum ingressus es? Piso 53.

dignitas: nec municipii ... dignitas patitur; Piso 3. ſ. commoda.

fides: cum habeas ... integerrimi municipii ius iurandum fidemque; Arch. 8.

genus: te Plancius hoc non solum municipii verum etiam vicinitatis genere vincebat; Planc. 23.

hostis: si .. coloniarum et municipiorum sine ulla dubitatione hostis est; Phil. XIV, 10.

ius iurandum: ſ. fides.

laudationes: prosint honestissimorum municipiorum ... landationes; Flacc. 101.

lustratio: quae fuit eius ... lustratio municipiorum! Phil. II, 57.

motus: nullus in eorum reditu motus municipiorum ... factus est; Quir. 10. cum ... is motus fuerit municipiorum; Piso 41. summa est ... hominis in communem municipii rem diligentia; Cluent. 196.

status: ſ. commoda.

studium: ubi studia municipiorum? Milo 94. cum .. exercitum ... summo studio municipiorum ... conscripserit; Phil. V, 36. municipiorum studia tollentur: ib. VIII, 4. nisi me ... studio municipii mei defendissem; ib. XII, 20.

tabulae: qui tabulas municipii manu sua corrupisse iudicatus sit; Cluent. 125. cum ceteri ... aliquo modo in eorum municipiorum tabulas inrepserunt; Arch. 10.

urbes: urbes coloniarum ac municipiorum respondebunt Catilinae tumulis silvestribus; Catil. II, 24.

2. alqs ex: ipsis .. Valentinis, ex tam inlustri nobilique municipio, tantis de rebus responsum dedisti; Verr. V, 40. is habuit in matrimonio Caesenniam, eodem e municipio; Caecin. 40. qui (patres familias) liberos habent, praesertim homines illius ordinis ex municipiis rusticanis; Sex. Rosc. 43.

homines ex: an vero dubitamus, ... quo ore homines rusticanos ex municipiis ... solitus sit appellare? Verr. I, 127.

pax cum: an cum municipiis pax erit? Phil. VII, 23.

V. **Umſtand:** 1. confici: quae (tribus) municipiis Umbriae conficiuntur; Muren 42.

2. in: in his veteribus municipiis quae studia ... laudentur; Sex. Rosc. 48. quorum .. aliquis defendisset equitem Romanum, in municipio suo nobilem; Cluent. 109. graviter homines ... in suis ... municipiis gratiosi tulerunt; Muren. 47. qui idem Italiam in municipiis ... incitavit; prov. cons. 43.

municentia, Wohlthätigkeit: M. Scaurum apud *vos memoria huius municentiae ... ab omni ... suspicione defendunt;* Scaur. 47.

municeps, freigiebig: semper .. municentissimus.. fuit; Qu. Rosc. 22.

munio, befeſtigen, ſichern, ſchützen, bahnen, gangbar machen: I. abſolut: ut aut ne cogeret munire aut id, quod munitum esset, ne improbaret; Font. 17. si coacti sunt munire omnes; ib.

II. alqm: ille his praesidiis ingenii ... munitus .. hac cura continebatur; Verr. III, 3. cum te ...omnium bonorum praesidio ... non modo munitum, sed etiam ornatum fore pollicebar; Flacc. 103. me ... nulla cognatione munitum ... lacrimae ... a vobis deprecatae sunt; Quir. 7. ita me ... nulla cognatione munitum ... Italia cuncta semper a vobis deprecata est; ib. 16. qui se praesidio munierit; Sest. 78. ut a suis munitus tuto in foro magistratum gereret; ib. 79. qui stipatus semper sicariis, ... munitus indicibus fuit; Sest. 95. quem sua lege ... munitum, armatum solet gloriari; ib. 135. cum me firmissimis opibus contra scelus inimicorum munire ... possem; prov. cons. 41.

alqd: nihil tam munitum esse quod non pecunia expugnari possit; Verr. a. pr. 5. quid omni religione munitius (est) quam domus unius cuiusque civium? Dom. 109. ſ. I.

accusationem: cuius nunc studio ... tota accusatio ista munita est; B. V, 6.

aditum: aditum sibi aliis sceleribus ante munivit; Cluent. 31.

aetatem: fuit (aetas Caelii) primum ipsius pudore, deinde etiam patris diligentia disciplinaque munita; Cael. 9.

arcem: hanc habent arcem minus aliquanto nunc quidem munitam quam antea, div. Caec. 18. munite communem arcem bonorum; Sulla 79. ut Thessaloniceuses ... arcem munire cogantur; prov. cons. 4. Thessalonicensis ... arcem munire coëgerunt; Piso 84.

civitatem: hoc tu ... iure munitam civitatem et libertatem nostram putas esse oportere; dom. 80.

coloniam: sensistine illam coloniam meo iussu ... esse munitam? Catil. I, 8.

domum: quam domum satis clausam ac munitam fuisse (putatis)? imp. Pomp. 65. domum meam maioribus praesidiis munivi; Catil. I, 10. nego esse ullam domum aliam ... divino iure munitam; har. resp. 14. quae (domus) ... tot senati consultis munita atque saepta est; ib. 15. quam (domum) senatus ... a indicibus muniendam ||puniendam|| putarit ||putaret||; ib. 16.

exercitationem: cuius (convicii) exercitationem ... diuturna impunitate munivit; dom. 3.

existimationem: bono praesidio munitur existimatio tua; Verr. III, 154.

gentem: non ut munitam coloniis [illam gentem], sed ut obsessam teneret; Flacc. 64.

Italiam: Alpibus Italiam munierat antea natura; prov. cons. 34. [ut ... Italiam munitam haberemus]; Piso 82.

ius: ius legatorum cum hominum praesidio munitum sit; har. resp. 34.

leges: quo magistratu munitae leges sunt; Tull. 49.

libertatem: qui vestram libertatem ... lenitate legum munitam esse voluerunt; Rabir. 10. ſ. civitatem.

locum: nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora ... te moverunt? Catil. I, 1.

Macedoniam: quae (Macedonia) erat antea munita ... tropaeis; prov. cons. 4. „Macedoniam munitis exercitibus;“ Phil. XIII, 30.

necessarios: cuius ingenio paterni omnes necessarii munitiores esse debebant; Muren. 56.

portus: portus munitissimi ... piratis praedonibusque (patefacti); Verr. a. pr. 13.

praesidia: quot praesidia, quam munita pudoris ... ceperit; Verr. V, 34. est .. bonorum ... civium ... munire praesidia rei publicae; Rabir. 3.

pudicitiam: ut ... nullius pudicitia munita contra tuam cupiditatem ... posset esse; Verr. V, 39.

pueritiam: ut illorum solitudo et pueritia quam firmissimo praesidio munita sit; Verr. I, 153.

rem publicam: ne res publica tantis munita praesidiis ab istis vinci ... possit; leg. agr. II, 101.

situm: situ est (urbs] .. munito; Verr. IV, 117.

solitudinem: ſ. pueritiam.

subsidia: haec tria frumentaria subsidia rei publicae firmissimis praesidiis classibusque munivit; imp. Pomp. 34.

viam: alia sibi ratione viam munire ad stuprum coepit; Verr. I, 64. easdem vias ad omnium familiaritates esse munitas; ib. III, 157. cum ad rem publicam pertineret viam Domitiam muniri; Font. 18. unus quisque studio et suffragio suo viam sibi ad beneficium impetrandum munire possit; leg. agr. II, 17. nullam esse in ista disciplina munitam ad consulatum viam; Muren. 23. haec omnia tibi accusandi viam muniebant; ib. 48. perniciosam viam audiendi consuetudine esse munitam; har. resp. 55. ideo viam munivi, ut ..? Cael. 34. eadem ... via munita Laterensi est; Planc. 67. proinde quasi Appius ille Caecus viam muniverit; Milo 17.

urbem: quae (urbs) manu munitissima esset; Verr. II, 4. Albae, .. in urbe opportuna, munita; Phil. IV, 6.

munitio, Befeſtigung, Wegbahnung: I, 1.

ago: quid .. erat actum? ... munitio Thessalonicae? Piso 40.

ostendo: opus ostendebat munitionemque legatis; Phil. VIII, 20.

2. praesum: uti doceamus eos isti munitioni praefuisse; Font. 18.

3. accedo ad: ut his litteris lectis ad munitiones propius accederent; Phil. XIII, 46.

facio ex: quaestum M. Fonteium ex viarum munitione fecisse; Font. 17.

II. ratio: hanc rationem munitionis ... ab eis esse tractatam; Font. 19.

III, 1. diiungi: nisi munitione ac mole lapidum diiunctus esset a mari; Verr. IV. 118.

saepire: quam (urbem) cum operibus munitionibusque saepsisset; Phil. XIII, 20.

2. extra: te extra munitiones tuos vestigium ubi imprimas non habere; Phil. XIII, 30.

munito, bahnen: quam viam munitet (dominatio) ... videtis; Sex. Rosc. 140.

munus, Geſchäft, Pflicht, Dienſt, Leiſtung, Geſchenk, Schauſpiel: I. **Subject:** est: munus illud suum non esse; Verr. I, 65. illius hoc munus esse; Caecin. 15. eaduca ... haec esse duxi ... fortunae et temporum munera; dom. 146. erat .. munus .. dignum; Sest. 124. ut munus sit funeris; Vatin. 30. cum videret ... munus sibi illud pro re publica susceptum vitae finem fore; Phil. IX, 6.

potest: non vereor ne ... a me ullum munus aedilitatis amplius aut gratius populo Romano esse possit; Verr. I, 14.

2. sum: quod principum munus esse ducebat resistere; Milo 22.

II. **nach Verben:** I. aceipio: pretio accepto multisque praeterea muneribus; Cluent. 34. servis symphoniacis et aliis muneribus acceptis; Piso 83.

audio: obstupescent posteri ... munera (tua) ... audientes et legentes; Marcell. 28.

commemoro: quid ego ... munera .. commemorem? Verr. I, 49.

committo: ut duorum consulum munus uuius adulescentis virtuti committeretur; imo. Pomp. 62.

conloco: bene se apud istum tam multa pretia ac munera conlocasse; Verr. V, 56.

defero: ut praeclarum .. munus ... ad aliquem ... deferre posses; Milo 33.

do: Scamandro reo .. datis muneribus perfecerat; Cluent. 66. quasi vero tempus dandi muneris non valde appropinquaret; Sulla 54.

eripio: sibi non solum filium, sed etiam exsequiarum munus ereptum; Cluent. 28.

expleo: cum ille malit ... explere susceptum rei publicae munus; prov. cons. 33.

fero: quod si hoc munus ... aratio tolerare, hoc est, Sicilia ferre ac pati potest; Verr. III, 201.

habeo, fungor, impero: ſ. IV. alqd.

impono: multa sunt imposita huic ordini munera; Verr. III, 98. cum aratori munus aliquod || ius aliquod, onus aliquod || imponitur; ib. 199. cum hoc muuus imponebatur; ib. V, 51.

inspicio: cum illa munera inspexisses; Deiot. 42.

lego: ſ. audio.

mitto: mittit homini muuera satis large; Verr. IV, 62.

obeo: in ipsa cura ... obeundi sui muneris excessit e vita; Phil. IX, 2. ut in bellis periculosis obirent homines legationis munus audacius; ib. 3.

paro: quos munera contra leges gladiatoria parantis ... rustici reppulerunt; har. resp. 56.

patior: ſ. fero.

persolvo: gloriae munus optimis ... civibus monimenti honore persolvitur; Phil. XIV, 34.

polliceor: hoc munus aedilitatis meae populo Romano amplissimum ... polliceor; Verr. a. pr. 36.

posco: ſ. IV. alqd; Verr. II, 117.

praebeo: posset alia familia Fausti munus praebere; Sulla 54.

recuso: neque .. recuso munus hoc; Phil. XII, 24.

reddo: qui ... deorum immortalium munera ... uobis uno tempore omnia reddidistis; sen. 2.

refero: munus hoc meritum huic ... refero; Balb. 59.

remitto: id quoque munus leve ... Mamertinis remisisti; Verr. V. 52.

respecto: ne par ab eis munus in sua petitione respectent; Plane. 45.

restituo: munus amplissimum ... praetura restituit; Muren. 37.

rodo: Caesaris munera rosit; Phil. XIII, 27.

suscipio: ut me officii ... studio hanc suscepisse operam ac munus putetis; Balb. 17. ſ. expleo. — I. est; Phil. IX, 6. — IV. alqd; Verr. III, 7.

sustineo: cur tuum munus sustineo? Verr. IV, 79. ſ. IV. alqd; Verr. III, 199.

tolero: ſ. fero.

tueor: ut esset unde scriba tuus hoc tuum munus ... tueretur; Verr. III, 187. consulem esse oportet ... toto .. munere consulatus omni officio tuendo; Piso 23. nec nomen illud poterat nec munus tueri; Rab. Post. 28.

2. desum: neque huic umquam ... muneri defui; Balb. 60.

mitto: symphoniacos homines sex cuidam amico suo Romano muneri misit; Verr. V, 64.

praesum: satis erit ... non surdum [iudicem] huic muneri ... praeesse; Font. 25.

succedo: succedam ... tuo muneri; Verr. IV, 81.

3. careo: omnibus divinis muneribus careremus; Quir. 5. quod ... mavolt .. generum suum munere tuo ... carere; har. resp. 29.

4. abduco ad: illum a quaestione ad nullum aliud rei publicae munus abduci licebat; Cluent. 89.

transfero in: se ... totam aedilitatem in munus hoc transtulisse; Sest. 135.

III. **nach Adjectiven:** 1. dignus: dignam rem esse ... regio munere; Verr. IV, 65. donum ... dignum regio munere ... de manibus regiis extorsit; ib. V, 184.

2. expers (al.) a: vacui, expertes, soluti ac liberi fuerunt ab omni sumptu, .. munere; Verr. IV, 23.

IV. **nach Substantiven:** alqd: cum hoc a me muneris non universa provincia poposcisset; Verr. II, 117. qui ... plus ... muneris suscipere debeam; ib. III, 7. haberet aliquid res publica abs te muneris; ib. 161. quid aratorem .. arationis nomine muneris in rem publicam fungi ac sustinere velitis; ib. 199. imperabitur aliquid muneris; leg. agr. II, 46.

exspectatio: duae res .. in praetura desideratae sunt, ... una, exspectatio muneris; Muren. 37.

functio: ut eis iucundior esset muneris illius functio; Verr. III, 15.

ministri: ut ... non ministros muneris provincialis senatus ... deligere possit; Vatin. 35.

pars: qui aliquam partem illius ... muneris attigerunt; leg. agr. II, 92.

societas: nullam .. iustiorem ... causam necessitudinis posse reperiri ... quam publici muneris societatem; div. Caec. 61.

socii: novem homines fortissimos, eiusdem muneris ... socios induxit; Sev. Rosc. 117.

splendor: cogitarat omnis superiores muneris splendore superare; dom. 111.

tempus: „cum longe tempus muneris abesset;“ Sulla 54.

testes: quod multae nationes testes essent illius operis ac muneris; Verr. IV, 66.

V. **Umstand:** 1. commendari: quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur; Arch. 18.

contegi: contectos (eos esse) publicis operibus atque muneribus; Phil. XIV, 34.

dari: est .. quasi deorum ... munere datum rei publicae Brutorum genus; Phil. IV, 7.

decipi: quo .. decepti munere? har. resp. 50.

delectari: regem primo delectatum esse munere; Verr. IV, 103.

delenire: muneribus ... multitudinem imperitam delenierat; Phil. II, 116.

depravare: eos vos adsentationibus et venenatis muneribus venistis depravatum; Phil. XIII, 35.

donari: T. Annius ... videtur .. quasi divino munere donatus rei publicae; har. resp. 6.

insinuare: quibus rebus ac muneribus se insinuet in familiaritatem Metelli; Verr. III, 157.

obstringere: accusatorem filio suo donis, muneribus ... obstrinxit; Cluent. 190.

ornari: Fortunae muneribus amplissimis ornatus; prov. cons. 35.

placare: cum plebem muneribus placavit; Milo 95.

sedere: quod non suae decuriae munere neque ex lege sedisset; Cluent. 103.

2. in: qui cum ... praetura ... grata in munere ... petisset deligenter; Muren. 53. in munere servili obtulit se ad ferramenta prospicienda; Sulla 55. non quo L. Philippo et L. Pisoni aut studium aut cura defuerit in tanto ... munere; Phil. IX, 1.

munusculum, kleines Geſchenk: totam insulam cuidam tuorum sodalium, sicut aliquod munusculum, condonaras; Verr. III, 85.

murmuro, murren: vidi besterno die quendam murmurantem; har. resp. 17.

murus, Mauer, Schutz: I. interest: quia ... murus interest; Catil. II, 17.

II, 1. commendo: vobis muros atque urbis tecta commendat; Catil. IV, 18.

defendo: muros ... defendimus; Phil. VIII, 18.

everto: lex Aelia et Fufia eversa est, propugnacula murique tranquillitatis; Piso 9.

oppono: quasi murus quidam boni nomen imperatoris opponitur; Verr. V, 2.

2. intersum inter: dum modo inter me atque te murus intersit; Catil. I, 10.

praecipito ex: *Cl*eombrotum .. ferunt se ex altissimo praecipitasse muro; Scaur. c. 3, § 4.

versor intra: intra .. muros Antonii scelus ... versari; Phil. III, 13.

III, 1. armari: quod (Karthago) ... armata muris ... imminere ... videbatur; leg. agr. II, 87.

discerni: muro ... discernantur a nobis; Catil. I, 32.

prohibere: ut eius furorem ne Alpium quidem muro prohibere possemus; Phil. V, 37.

saepiri: tutissimo me muro saeptum esse arbitrabor; Catil. IV, 23.

2. sine: cum insula Delos ... sine muro nihil timebat; imp. Pomp. 55.

musicus, muſikaliſch: hic ... non tam concinnus helluo nec tam musicus iacebat in suorum Graecorum foetore; Piso 22.

mutatio, Veränderung, Wechſel: I. est: unde .. subito tanta ista mutatio? Phil. I, 33. optimus est portus paenitenti mutatio consilii; ib. XII, 7.

facit: timor eius, ... creora coloris mutatio ... haec aperta et manifesta faciebant; Cluent. 54.

valet: sive illa vestis mutatio ad luctum ipsorum sive ad deprecandum valebat; Sest. 32.

II, 1. facio: fit magna mutatio loci; Quinct. 12. quae ... mutatio non deprecationis causa est facta; Sest. 27. hac mutatione vestis facta; ib. postliminio potest civitatis fieri mutatio; Balb. 28.

2. confero cum: confer cum hac immani mutatione tua || in manum latione, al. || tuorumque (laetitiam senatus); Phil. II, 115.

III. declarari: cum senatus luctum ... vestis mutatione declarandum censuisset; Piso 17.

defendere: laborantem mutatione vestis ... defendistis; sen. 31.

vertere: ante ... quam hoc solum civitatis mutatione vertissent; Balb. 28.

vitare: crudelitatem regis in togatos vestitus mutatione vitavit; Rab. Post. 27.

mutilo, vermindern: in Galliam mutilatum ducit exercitum; Phil. III, 31.

muto, fortbringen, entfernen, verändern, wechſeln, vertauſchen: alqm: simul atque ego in Siciliam veni, mutatus est; Verr. II, 63. quae (Diana) Karthaginiensium victoria loco mutata; ib. IV, 78. quibus ex civitatibus nec coacti essent civitate mutari; Balb. 31. civitate illum mutatum esse; ib. 42. eum Sardorum mastruca mutavit; Scaur. 45.

alqd: videte, .. quam ... mutata in peiorem partem sint omnia; Sex. Rosc. 102. saluti suae prospicere didicit ... semper aliquid demendo, mutando, interpellando; Verr. I, 158. quod ... nemo mutavit; leg. agr. II, 19. quod dixerit, interdum ... mutare (eum); Muren. 63. quae mutare non possumus; Balb. 61. quoniam praeterita

mutare non possumus; Piso 59. quod neque moveri neque mutari potest; Rab. Post. 25. mutata omnia; Phil. I, 6. ea non muto, non moveo; ib. I, 17.

actionem: qua re .. muta actionem; Caecin. 8.

animos: pontificum animos esse mutatos; dom. 31.

calceos: Milo ... calceos et vestimenta mutavit; Milo 28. mutavit calceos; Phil. XIII, 28.

causam: quae (causa) mutari nullo modo potest; Cluent. 80. num igitur hoc tempore causa mutata est? Cluent. 92.

chirographa: chirographa .. aut mutaret aut non daret; Phil. I, 18.

civitatem: ſ. **civitas,** II, 1. muto (4 St.) W. I, S. 533, a.

consilium: ut in hac causa praetor nobis consiliumque mutetur; Verr. a. pr. 53. non nulli suspicati sunt non sine causa illius consilium tam repente esse mutatum; ib. I, 23. consilio repente mutato; Planc, 96. hunc nullius rei mutasse consilium, illum causam mutandi consilii finxisse; Milo 52.

decretum: decretum .. mutabat; Verr. I, 120.

factum: mutari factum iam nullo modo poterat; Rab. Post. 26.

genera: vocabula tantum pecuniarum et genera mutabas; Piso 90.

homines: hoc (simulacrum) translatum Karthaginem locum tantum hominesque mutarat; Verr. IV, 72.

iura: quod tua sponte ... iura provinciae Siciliae mutaveris; Verr. III, 17. nomen necessitudinum, non solum naturae nomen et iura mutavit; Cluent. 199.

leges: qui soli toto orbe terrarum septingentos iam annos amplius ... numquam mutatis legibus vivunt; Flacc. 63.

locum: sedem ac locum mutant; Caecin. 100. non video causam mutandi loci; Deiot. 21. ſ. homines.

mentem: muta .. istam mentem; Catil. I, 6. postea quam rebus gestis mentis vestras voluntatesque mutastis; prov. cons. 25.

nomen: cum amplificatione vectigalium nomen Hieronicae legis mutare noluerunt; Verr. III, 19. ſ. iura.

orationem: si vocem, si orationem stabilem ac non mutatam videtis; Milo 92.

pactionem: mutasti pactionem; dom. 23.

praetorem: ſ. consilium; Verr. I, 23.

rationem: rationem illi defendendi totam esse mutandam et ita [tamen] mutandam; div. Caec. 25. in hac re ... mihi mutanda ratio defensionis (est); Tull. 3. mutata ratio est; Muren 7.

rem: non opinor ex eis rebus ... rem ullam potuisse mutari; Cluent. 92.

sedem: ſ. locum.

sententiam: mutabo meam sententiam; leg. agr. II, 16. si L. Catilina ... sententiam mutaverit; Catil. II, 14. sapientem ... sententiam mutare numquam; Muren. 61. mutare sententiam turpe est; ib. 62. mutabunt sententiam qui poterunt; Flacc. 105.

solum: quo vertendi, hoc est mutandi, soli causa venerant; dom. 78.

tempora: mutatis Graeciae temporibus; Cael. 40.

testamentum: cum ... testamentum mutare cuperet; Cluent. 31. cum illa ... mutaturam (se) esse testamentum minaretur; ib. 181.

veritatem: quae (veritas) mutari nullo modo potest; Cael. 22.

vestem: cum vos vestem mutandam censuissetis cunctique mutassetis; sen. 12. nostra memoria senatores ne in suis quidem periculis mutare vestem solebant; ib. 31. in meo periculo senatus veste mutata fuit; ib. hominum .. viginti milia vestem mutaverunt; Quir. 8. cum senatus equitesque Romani ... mutata veste vobis supplicare ... vetarentur; ib. 13. ut ... amplissimum ordinem ... supplicare mutata veste prohiberent; dom. 55. quod ... omnis bonos ... mutata veste vidi; ib. 99. vestem mutandam omnes ... putarunt; Sest. 26. omnes boni veste mutata vos ... ad pedes lenonis .. proiecistis; ib. senatus .. frequens vestem pro mea salute mutandam censuit; ib. pro uno cive .. bonos omnis ... mutasse vestem; ib 27. qui mutata veste non esset; ib. squalebat civitas publico consilio veste mutata; ib. 32. senatus fuerat veste mutata; ib. 53. quod si vestem ... mutavissent; Piso. 18. quos videtis veste mutata; Planc. 29. erat mecum senatus et quidem veste mutata; ib. 87. statim ad me ... veste mutata profectus est; ib. 98. qui adsunt veste mutata; Ligar. 33.

vestimenta: ſ. calceos.

vestitum: quid? sua sponte homines in amicorum periculis vestitum mutare non solent? pro te ipso .. nemone mutabit ||mutavit||? Sest. 33. ut in hodiernum diem vestitus mutetur; Phil. XIV, 2.

vitam: neque .. potest quisquam nostrum subito fingi neque cuiusquam repente vita mutari; Sulla 69.

vocabula: ſ. genera. — vocem: ſ. orationem.

voluntatem: me ... mutata voluntate ad accusandum descendere; div. Caec. 1. si quis existimat, me .. voluntate esse mutata; Quir. 18. ſ. mentem.

mutuatio, Anleihe: cum ... multos .. minutis mutuationibus fraudavisset; Flacc. 47.

mutus, ſtumm, ſtill: alqs: illum in iure metu conscientiaque peccati mutum ... relinquo; Verr. II, 189. solent .. muti esse in iniuriis suis; ib. III, 96. non mutior in supplicio, sed diligentior esse coepit; ib. V, 157. nonne satius est mutum esse quam quod nemo intellegat dicere? Phil. III, 22.

alqd: omnia muta atque inanima tanta ... rerum acerbitate commoverentur; Verr. V. 171. nihil me mutum potest delectare; Catil. III, 26. omnia ... muta ... fuerunt; Sest. 128.

accusatio: muta est huius temporis accusatio; Flacc. 6.

accusator: neque enim accusatore muto neque teste quisquam utitur eo; Sex. Rosc. 104.

civitas: civitatem .. mutam ac debilitatam ... erexit; dom. 25.

curia: cuius desiderio ... muta curia (siluit); Vatin. 8.

forum: mutum forum ... videbatis; sen. 6.

imago: quae (imago) .. te a tanto scelere etiam muta revocare debuit; Catil. III, 10.

locus: cui non locus ipse mutus ille ... in mente versetur; Planc. 81.

nomen, persona: ut mutam in delicto personam nomenque praeberet; dom. 134.

regiones: vos, .. mutae regiones, imploro; Balb. 13.

solitudo: cum neque muta solitudo iudicasset neque caeca nox ostendisset Milonem; Milo 50.

testis: ſ. accusator.

mutuus, geliehen, gegenſeitig, wechſelſeitig: frumentum: M.'Aquilius etiam mutuum frumentum dedit; leg. agr. II, 83.

officia: ut commune commodum mutuis officiis gubernetur; Sex. Rosc. III.

pecunia: cum ... reperiretur pecunias sumpsisse mutuas; Verr. I, 28. pecuniam sumpsit mutuam

a Sex. Stloga; Flacc. 46. pecunias ... ad rem militarem mutuas sumat; Phil. X, 26.

testimonium: „da mihi testimonium mutuum;“ Flacc. 10.

myoparo, Kaperſchiff: I. accedit: piraticus myoparo ... usque ad forum Syracusanum ... accessit; Verr. V, 97.

navigat: quod in portu Syracusano piraticus myoparo navigavit; Verr. III, 86.

II, 1. capio: myoparone piratico capto; Verr. V, 73.

do: illi .. myoparonem egregium de sua classe ornatum atque armatum dederunt; Verr. I, 86.

vendo: myoparonem pulcherrimum, de decem Milesiorum navibus electum, L. Magio et L. Fannio ... vendidit; Verr. I, 87.

2. pateo: portum ... Cilicum myoparoni praedonibusque patuisse; Verr. IV, 116.

praesum: qui ei myoparoni praefuerat; Verr. I, 88.

sum: ludibrio esse urbis gloriam ... piratico myoparoni; Verr. V, 100.

3 facio: dicent, ... quid illo myoparone factum sit; Verr. I, 90.

III. adventus: quod ... paucorum adventu myoparonum classis pulcherrima ... piratarum manibus incensa est; Verr. III, 186.

IV. cum: Heracleo pirata cum quattuor parvis myoparonibus ||myoparonibus parvis|| ad arbitrium suum navigavit; V, 97.

inter: quae (navis) ... urbis instar habere inter illos piraticos myoparones videretur; Verr. V, 89.

myrmillo, Gladiator: I. dicit: idem hic myrmillo ... de meis bonis se dare dixit; Phil. XII, 20.

depugnat: qui myrmillo Mylasis depugnarat; Phil. V, 20. myrmillo in Asia depugnavit; Phil. VII, 17.

iugulat: quia Mylasis myrmillo Thraecem iugulavit; Phil. VI, 13.

II: a: etiamne ab hoc myrmillone Asiatico senatus mandata ... audientur? Phil. VI, 10. ille .. ex myrmillone dux ... quas effecerit strages, ubicumque posuit vestigium! ib. III, 31.

mystagogus, Cicerone: quos illi mystagogos vocant; Verr. IV, 132.

mysteria, Geheimlehren: enuntiatis vestris mysteriis; Muren. 25.

